

Irela cum omnibus ad hoc respicientibus. Quam petitionem iustam^a considerantes obtentu nostrę lateralis Agnetis reginae ac Herimanni archiepiscopi nec non Hunfredi nostri cancellarii eidem episcopo Bernardo Asculanae ecclesiae suisque successoribus omnia supra dicta, sicut cartulae eorum, qui dederunt, representant, per preceptum hoc corroboramus, eo tenore ut [nullus^b dux marchio episcopus archiepiscopus miles comes vicecomes sculdassius gastaldus vel ulla nostri regni magna vel parva persona distdisvestire^c vel inquietare audeat eundem episcopum Bernardum eiusque successores. Si quis autem hoc nostrum preceptum in aliquo infregerit, sciat se compositurum auri libras M, medietatem nostrę camerae et medietatem eidem episcopo Bernardo suisque successoribus. Quod ut certius credatur et ab omnibus in perpetuo^c inconvulsum teneatur, manu propria subtus firmavimus et sigillo nostro insigniri iussimus.

§ Signum domni Heinrichi regis tercii (M.) invictissimi. § (SMP.)

§ Hunfredus cancellarius vice Herimanni archiepiscopi et archicancellarii recognovit. § (SI. D.)

Data III. id. iul. indictione XIII, anno dominice incarnationis millesimo XLV, anno autem ordinationis regis Heinrichi tercii XVI, regni vero VII; actum^d Colonie; in dei nomine feliciter amen^d.

§ 5. Eine Fälschung aus dem Kloster St. Jakob zu Lüttich.

§ In nomine sanctę et inbividue^e trinitatis. § Honor regis est iuditium diligere^e, virga aequitatis regni negotia disponere^f, superbos^g quosque debellare, subiectos^h vero digne pro meritis honorare. Itaque ego Conradus gratia dei Romanorum augustus imperator rei publice nostrę amministratores et strenuos defensores unice diligens emeritosque premiis et honoribus, uti nos decet,

a) 'a' korr. aus 'u'. b) Dem Sinne und den Raumverhältnissen nach ergänzt. c) A. d) Ueber die Schreibung dieser Worte und über die Ligatur bei 'actum' vgl. oben S. 391, N. 1. e) So die Urschrift. f) Vgl. Psalm 98, 4. g) Vgl. Hebr. 1, 8. h) Vgl. Verg. Aen. VI, 854: 'parcere subiectis et debellare superbos'.